In Diem Natalem pie Venerandi Praeceptoris mei.

Jam venit illa dies, quo gaudia dulcia tester,
Qui cunctam Tibi & nunc Praeceptor fideliter optem
Assiduis votis et grato corde salutem;
Hisce meis votis occasio fertur amoena,
Lux Natalitii, quum clara refulget in orbe,
Accipe vota, meum quod pectus concinit aequa,
Provida cura Dei, quae tempora laeta reduxit.
Teque suo tenus hoc forti tutamine texit,
Incolumemque Te tempus servavit ad istud
Corroboret porro firmo Tua membra vigore,
Viribus atque novis animam sustentet et ornet;
Nec minuat vires membrorum sera senectus;
Et ventura Tibi tranquille defluat aetas.
Diffugiant morbi diri, qui membra fatigent,
Nominis et cura, fugiant Te fata sinistra
Atque Tibi vires maneant ad Nestoris annos.

Haec documenta grati cordis
in memoriam perennem
inseruit J. Friedricus
Chwalel. sen: